



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati  
Caesarei, Pars Lyrica**

**Gibbes, James Alban**

**Romae, 1668**

Edvardo Noellio, Camdeni Dynastae Haeredi Filio. Cupienti legere aliqua  
carmina Ghibbesij, submittit ille verecundè, vt perito artifici, eius ipsus  
laudes, quò gratius accidat munus. Ode XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13378**

Pictis Parthenopes iugis,  
Nutritam vegeto sanguine Virgilî :  
Cantu pocula diuidam.  
Myrti fronde comas te magis addeget  
Ornare, integrâ amyftide  
Hausturum sobolis nomina regiæ .  
Chij da latices, puer ,  
Aut quod Lesbos habet, siue Neapolis .  
Albanum vero debile ;  
Romanis potius linquito fœminis .

EDVARDO NOELLI O,  
CAMDENI DYNASTÆ HAEREDI FILIO .

Cupienti legere aliqua carmina Ghibbesy, submittit ille  
verecundè, ut perito artifici, eius ipsius laudes, quod  
gratius accidat munus .

O D E XXIX.

**N**Ostri carmina pectinis  
Exaudire cupis, Castalidum, NOEL ,  
Phœbæque potens lyræ ,  
Nec tu parua togæ fama Britannicæ .  
Neptuno quis aquam ; nouas  
Floræ veris opes ; cœcuba Libero  
Ostentet ? decus attanièn  
Affecto imperij, atquè arripio libens ,  
Thusci Flaccus vti ducis .  
Dignum spe sed enim quid modò profluet  
Tantâ ? nobile fæpiùs  
Argumentum humiles oculuit sonos ,  
Aut euexit ad æthera .  
Hac nos arte tui munera pectoris  
Tollemus, rapidi simùl ,  
Quantumuis tenues . Hac ope proderit  
Te monstrare tibi . Genus ,  
Nec çeræ veteres, nec domus ardua ,

116 IAC. ALB. GIBBESII  
Fortunæ bona lubricæ,

Chartis inuenient partem aliquam meis.  
Magnæ specto animæ chorū,

Quem virtus & honos duçere gestiunt.  
Prò mores niuis æmuli !

Syncerum eloquium, rara modestia,  
Ætatis iubar aureæ !

Prò Thesæa fides, larga benignitas  
Oris, non sine dexterâ !

Ipsis lucidior gratia Gratijs !  
Mentis dum famulas sequor

Virtutes, dominum canto NOELLIVM ,

IVLIO ROSPIGLIOSIO,

S. R. E. CARDINALI,

N V N C P O N T I F I C I O P T . M A X .

*Theses de Deo & Angelis per S. Theologie triumphantem  
exhibitæ consecrantur.*

### O D E    X X X .

C Vi primâ cœli ferculâ, cui nouam  
Pompæ sequacis pronus imaginem  
Dicabo sacrorum minister ?

Nemipè tibi, venerande IVLI .  
Numen supremum, factaque numinis

Prolusa mundo, sidereum genus

Cernes volucres, præteractâ

Multiplici decorum quadrigâ .  
Duçam ipse currus tramite dextero

Auriga sollers . Si mereor, faue ;

Vel non merenti : iusta certe

Laus erit appetiſſe plausum ,

A D